Οἰωνισμὸς, *οῦ, ὁ, auspicium:* et

Οἰωνιστὴς, *οῦ, ὁ, augur:* ab *οἰωνίζω.*

Οἰωνοπόλος, *υ, ὁ ἡ ἡ, vates per cantum avium:* ex *οἰωνὸς, avis,* et *πολέω, versor.*

Οἰ'ΩΝΟ'Σ, *ῦ, ὁ, avis, volucris;* propriè *vultur,* vel *avis carnivora;* item *augurium, omen.*

Οἷος, adv. *qualiter, quemadmodùm, quomodò.* Th. *οἷος, qualis.*

Ὅκα, Dor. pro *ὅτε, quando.*

Ὀκάλεντες, *appellantes,* nom. pl. a. 1. part. act. ab

Ὀκέλλω, *appello, accedo,* f. ιλῶ, a. 1. *ὤκειλα.* Th. *κέλλω,* idem.

Ὅκκα, Dor. pro *ὅτε, quando,* et

Ὄκκα, pro *ἐνίοτε,* Dor.

Ὄκκος, *OCULUS,* Dor. ab *ὄσσομαι.*

Ὀ'ΚΛΑ'ΖΩ, *in genua succumbo; labasco, deficio;* q. à *κλάω,* genua *frango.*

Ὀκνάλεως, adv. *pigrè:* ab *ὄκνος, pigritia.*

Ὀκνάω, idem quod *ὀκνέω.*

Ὀκνίω, *piger et segnis sum, cunctor, non audeo, timeo, tergiversor:* fut. *ήσω,* p. *ὤκνηκα,* a. 1. *ὤκνησα,* a. 1. inf. *ὀκνῆσαι.* Th. *ὄκνος.*

Ὀκνηρία, *ας, ἡ, pigritia:* à seq.

Ὀκνηρὸς, *-ρὰ, -ρὸν, segnis, piger, timidus, cujus aliquem piget:* ab

Ὄ'ΚΝΟΣ, *υ, ὁ, pigritia, metus, ignavia:* q. ab *ὐ κινῶν, non movere.*

Ὀκνοῦσιν, 3. plur. præs. indic. et

Ὀκνῶσιν, 3. pl. præs. sub. verbi *ὀκνέω,* quod vide.

Ὁκοῖα, Dor. pro *ὁποῖα, qualia:* vide *ὁποῖος.*

Ὄκρια, *summa cacumina:* acc. plur. à nom. *ὄκρις,* quod vide.

Ὀ'ΚΡΙ'ΒΑΣ, *-αντος, ὁ, pulpitum, scala:* q. ex *ἄκρος,* et *βάω.*

Ὀκρόεσσ, *-όεσσα, -όεν, longas prominentias habens:* ab

Ὄκρος, *ους, τὸ,* idem quod *ἄκρις, summum montis cacumen.* Th. *ἄκρος, summus.*

Ὀκρυόεις, *-όεσσα, -όεν, horrendus, dirus:* pro *κρυόεις,* Poët. idem quod *κρυερὸς, frigidus, horrendus.* Th. *κρύος, ους, τὸ, frigus.*

Ὀκρυοίσης, gen. sing. f. g. ab adject. præced.

Ὀκτάβλωμος, *υ, ὁ ἡ ἡ, qui octo est buccellarum:* ex *ὀκτὼ, octo,* et *βλωμὸς, buccella.*

Ὀκταήμερος, *υ, ὁ ἡ ἡ, octo dies natus; qui fit octavo die:* ex *ὀκτὼ,* et *ἡμέρα, dies.*

Ὀκτάκις, *octies:* adv. ab *ὀκτὼ, octo.*

Ὀκτακισχίλιοι, *-λίαι, -λια, octo millia:* ex *ὀκτάκις,* et *χίλιοι.*

Ὀκτάκτημος, *υ, ὁ ἡ ἡ, octo radios habens,* proprium rotæ: ex *ὀκτὼ,* et *κνήμη, radius rotæ.*

Ὀκτακόσιοι, *-σίαι, -σια, octingenti:* ex *ὀκτὼ,* et *κόσμος.*

Ὀκταμηνιαῖος, *-αία, -αῖον, octavum mensem agens:* ex *ὀκτὼ,* et *μήν.*

Ὀκτάπηχυς, *εως, ὁ καὶ ἡ, qui octo cubitorum est:* ex *ὀκτὼ,* et *πῆχυς, cubitus.*

Ὀκταπόδην, acc. sing. ab

Ὀκταπόδης, *ους, ὁ, octipes:* ex *ὀκτὼ, octo,* et *πούς, pes.*

Ὀκτάπους, *-ποδος, ὁ ἡ ἡ, octo pedes habens:* ex iisd.

Ὀ'ΚΤΩ', *OCTO, αἱ, αἱ, τὰ,* indecl.

Ὀκτωκαιδέκα, *οἱ, αἱ, τὰ, octodecim:* ex *ὀκτὼ, ἡ,* et *δέκα.*

Ὀκτωκαιδέκατος, *-άτη, -ατον, decimus octavus:* à præced.

Ὅκχ' ἀ, Dor. pro *ὅτε ἀ, quum,* &c. *ὅκχ'* pro *ὅπκα,* quod vide.

Ὄκχος, *ου, ἡ,* Poët. metri gratiâ pro *ὄχος, vehiculum, currus.*

Ὅκως, *ὡς, postquam,* pro *ὅπως,* Dor.

Ὀλβιοδαίμων, *-ονος, ὁ ἡ ἡ, felix:* ex *ὄλβιος, felix, dives,* et *δαίμων.*

Ὄλβιος, *υ, ὁ ἡ ἡ, beatus, dives, locuples:* ab

Ὄ'ΛΒΟΣ, *υ, ὁ, felicitas, opes.*

Ὀλίσσειεν, pro *ὄλεσσειεν,* Pleonasmo *τοῦ ι,* imperf. act. verbi *ὀλίσσω,* idem cum *ὀλίσκω, perdo.* Th. *ὄλλυμι,* idem.

Ὀλιθρίος, *υ, ὁ ἡ ἡ, exitialis, perniciosus, lethalis:* ab *ὄλεθρος.*

Ὀλιθρίως, *perniciosè:* à præced.

Ὄλιθρος, *υ, ὁ, pernicies, interitus, pestis, mors.* Th. *ὄλλυμι, perdo.*

Ὀλῇται, *peribit:* 3. sing. f. 2. m. verbi *ὄλλυμι,* f. 2. m. *ὀλοῦμαι, ὀλῇ, ὀλῆται.*

Ὀλίσειν, *peribam,* imp. act. Ion. et

Ὀλίσσεσκον, acc. pl. part. præs. act. et

Ὀλίσσεσκε, 3. pl. imperf. pass. Ion. ab

Ὀλίσκω, idem quod *ὄλλυμι, perdo.*

Ὀλίσσει, *perdat,* 3. sing. a. 1. opt. Æol. verbi *ὄλλυμι, perdo,* f. *ὀλέσω.*

Ὀλισθήσεας, acc. pl. ab

Ὀλισθήτης, *-ητος, ὁ ἡ ἡ, viros perdens:* ex *ὄλλυμι, perdo,* et *ἀνὴρ, vir.*

Ὀλίσῃς, *perdas,* 2. sing. a. 1. sub. act. verbi *ὄλλυμι,* f. *ὀλέσω.*

Ὀλίσθαι, a. 1. inf. m. verbi ejusd.

Ὄλισσα, *ας, ἡ, perdidi,* a. 1. ind. act. Ion. et Poët. pro *ὄλεσα·* et

Ὀλίσσαι, a. 1. inf. Poët. et

'Ολίσσας, αντος, *qui destruxit*: a. 1. part. act. Poët. verbi ὄλλυμι, f. ὀλίσω.

'Ολίσσῃ, *perdat*, Poët. pro ὀλίσῃ, 3. sing. a. 1. sub. act. ejusd.

'Ολίσσω, f. 1. ind. act. vel a. 1. sub. Poët. ab ὄλλυμι.

'Ολίστειρα, ας, ἡ, *perditrix*: et

'Ολιστὴρ, ῆρος, ὁ, *perditor, interfector*: ab ὄλλυμι, *perdo*.

"Ολμας, *pereas*, Ion. pro ὄλῃς, 2. sing. a. 2. sub. m. verbi ὄλλυμι, f. ὀλίσω, a. 2. m. ὠλόμην, p. m. ὅλμι, et Atticè ὅλωλα.

'Ολίγα, pl. n. g. et

'Ολίγαι, αἱ, pl. f. g. ab ὀλίγος, *paucus*.

'Ολιγανθρωσία, ας, ἡ, *paucitas, raritasque hominum, hominum infrequentia*: ab

'Ολιγάνθρωπος, ου, ὁ ἡ ἡ, *paucos homines habens, non frequens hominibus*: ex ὀλίγος, *paucus*, et ἄνθρωπος.

'Ολιγαρχίαι, -ῶ, undè ὀλιγαρχῦντες, *pauci dominatum obtinentes; dominatu paucorum regi*: ὀλιγαρχέμενος, μένη, μενον, *paucorum dominatui subditus*. Ex ὀλίγος, *paucus*, et ἀρχὴ, *imperium*.

'Ολιγαρχία, ας, ἡ, *OLIGARCHIA, paucorum potentia*; gen. pl. ὀλιγαρχιῶν ex ὀλίγος, *paucus*, et ἀρχὴ, *imperium*.

'Ολιγαρχόμενος, μένη, μενον, vide ὀλιγαρχία.

'Ολιγαχόθεν, adv. *ex paucis locis*: ex ὀλίγος, et ὄθεν.

'Ολιγηπελίαι, idem quod ὀλιγοστὰλίαι, q. v.

'Ολιγηπελίη, ης, ἡ, *virium defectus, imbecillitas*, Poët. pro ὀλιγοστελίη· ex ὀλίγος, *parvus*, et πέλω, *sum*.

'Ολίγιστος, η, ον, *paucissimus*, superl. ab ὀλίγος, *paucus*.

'Ολιγίβιος, ου, ὁ ἡ ἡ, *parumpèr vivens, minùs durabilis*: ex ὀλίγος, et βίος.

'Ολιγόγονος, ου, ὁ ἡ ἡ, *qui parùm est fœcundus*: ex ὀλίγος, *paucus*, et γόνος, *soboles*. Th. γάνυμαι, *nascor*, p. m. γίγονα.

'Ολιγοδεκάνια, *langueo*: ab

'Ολιγόδεκάνος, ιος, ὁ ἡ ἡ, *faciendi facultate destitutus, infirmus, imbecillis*. Ex ὀλίγος, et δεκάνω, *facio*.

'Ολίγον, adv. *parum, propemodum*. Th. ὀλίγος.

'Ολιγοστιλίαι et ὀλιγηπελίαι, *parva res sum; infirmus sum et ferè mortuus*: ex ὀλίγος, et πέλω, *sum*.

'Ολιγόπιστος, ου, ὁ ἡ ἡ, *exiguâ fide præditus*: ex ὀλίγος, et πίστις, *fides*. Th. πείθω, *persuadeo*.

'Ολιγοστώσω, -ῶ, *ad paucitatem redigo*: ex πολὺς, et

'ΟΛΙΓΟΣ, ίγη, ίγον, *paucus, parvus*: Hinc οἱ ὀλίγοι, ων, *optimates, pauci illi penes quos imperium est*: ὀλίγον, *paulùm, parùm, modicum*: ὀλίγον χρόνον, *paulisper*: ὀλίγα δεῖν, *penè, fermè*: δι' ὀλίγου, ἐξ ὀλίγου, *brevi temporis spatio, subitò, ex propinquo*: δι' ὀλίγων, *paucis* scil. *verbis*: κατ' ὀλίγον, παρ' ὀλίγον, *sensim, paulatim*: ὐ ὀλίγῳ, *levitèr*.

'Ολιγότης, ητος, ἡ, *paucitas, parvitas*. Th. ὀλίγος.

'Ολίγου, adverbialitèr, *ferè, propemodum*: ab eod. Th.

'Ολιγοχρόνιος, ου, ὁ ἡ ἡ, *brevis temporis, exiguo temporis spatio durans*: ex ὀλίγος, et χρόνος, *tempus*.

'Ολιγοψῡχία, -ῶ, f. ήσω, *pusillanimis sum*: ab ὀλιγόψυχος.

'Ολιγοψυχία, ας, ἡ, *pusillanimitas*: à seq.

'Ολιγόψῡχος, ου, ὁ ἡ ἡ, *pusillanimis*: ex ὀλίγος, *exiguus*, et ψυχὴ, *anima*.

'Ολιγωρῶ, *parvi pendo, negligo*; cum gen. præs. inf. ὀλιγωρεῖν· ab

'Ολίγωρος, ου, ὁ ἡ ἡ, *negligens*: ab . ὀλίγα ὤρα, id est, *parva cura*.

'Ολιγώρως, adv. *negligentèr, contemptim*: à præced.

'Ολίζων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *minor*: ab ὀλίγος.

"ΟΛΙΣΒΟΣ, υ, ὁ, *penis coriaceus*.

'Ολισθάνει, *delebitur*, 3. sing. præs. ind. act. ab

'Ολισθαίνω vel -άνω, *labor, prolabor, cado*. Th. ὄλισθος, *lapsus*.

'Ολισθῶ, -ῶ, f. ήσω, *cado, labor*. Hinc ὀλισθῶν, præs. inf. act. vel ut quidam volunt, a. 2. inf. ab ὤλισθον, et Ion. ὄλισθον, ες, ε, a. 2. ind. act. Th. ὄλισθος, *lapsus, casus*.

'Ολίσθημα, ατος, τὸ, *casus, lapsus*: à præced.

'Ολισθηρὸς, gen. sing. f. g. ab

'Ολισθηρὸς, ὰ, όν, *proclivis, lubricus*: ab eod. Th.

'Ολισθήσας, ασα, αν, a. 1. part. act. verbi ὀλισθῶ, q. v.

"ΟΛΙΣΘΟΣ, υ, ὁ, *lapsus in lubrico, casus*.

'Ολκὰς, άδος, ἡ, *navis oneraria*: hinc Angl. A HULK: ab

'Ολκὴ, ῆς, ἡ, *tractus; inclinatio; pondus*; item *drachma*. Th. ἕλκω, *traho*.

"Ολκιον, υ, τὸ, *pelvis, vas æneum*.

'Ολκοὶ, οἱ, *instrumenta, quibus naves in terram ex mari subducuntur, et ex terrâ in mare deducuntur*: ab ἕλκω, *traho*.

'Ολκὸς, υ, ὁ, *tractus, SULCUS; fluctus*, omninoque *aqua maris: aquæductus; moles, pondus; syrma serpentium, vestium*, &c. *totum corpus*: ab eod. Th.

"Ολλαι, Ion. pro ὅλῃ, 2. sing. præs. sub. pass. Sic ὄλλαι, Ion. pro ὅλῃ, a. 2. sub. m. ab ὄλλυμι, q. v.

'Ολλυμένου, *pereuntis*: gen. sing. Ion. part. præs. pass. ab

'ΟΛΛΥΤΙ, seu ὀλλῦσι, *perdo; perimo*: f. ὀλέσω, p. ὤλεκα, f. 2. ὀλῶ, p. m. ὄλμι, et Att. ὄλωλα, a. 2. m. ὠλόμην, a. 2. inf. m. ὀλέσθαι.

'Ολμαὶς, ῦ, ὁ, *fluvius in Helicone Bœotiæ*: ab *Holmeio* Sisyphi filio sic dictus.

"ΟΛΜΟΣ, υ, ὁ, *mortarium; tripus; truncus corporis*; Metaph. *stupidus*.

'Ολογράφιος, f. ώσω, *integrum scribo*: ex ὅλος, et γράφω, *scribo*.

'Ολοὴ, ῆς, ἡ, *perniciosa*; dat. pl. Ion. ὀλοῇσι, ab ὀλοὸς, ὴ, όν.

'ΟΛΟΘΡΙΟΝ, υ, τὸ, *species marinorum piscium*.

'Ολόθρευσις, εως, ἡ, *exterminatio*; et

'Ολοθρευτὴς, οῦ, ὁ, *exterminator*: ab

'Ολοθρεύω pro ὀλεθρεύω, ab ὄλεθρος, quod vide: f. εύσω, *exitium affero, vasto, perdo*: p. ὠλόθρευκα, perf. pass. ὠλόθρευμαι, σαι, ται. Th. ὄλλυμι *perdo*.

'Ολοίατο, *pereant*: Ion. pro ὄλοντο, 3. pl. a. 2. opt. m. verbi ὄλλυμι, *perdo*; f. ὀλέσω, a. 2. m. ὠλόμην, a. 2. opt. m. ὀλοίμην, οιο, οιτο, p. m. ὄλμι, et Att. ὄλωλα.

'Ολοίτροχος, υ, ὁ ἡ ἡ, *omni ex parte rotundus*: ex ὅλος, et τροχὸς, *rota*. Th. τρίχα, *curro*.

'Ολοκαρπόω, -ῶ, *totum adoleo*: ex ὅλος, et καρπόω. Hinc

'Ολοκάρπωμα, ατος, τὸ, *sacrificium, holocaustum*: à præced.

'Ολοκάρπωσις, εως, ἡ, *holocaustum*: ab eod.

'Ολόκαυτον, υ, τὸ, *holocaustum*, genus sacrificii ubi tota victima cremabatur: ex ὅλος, et καυτὸν, à καίω. Hinc

'Ολόκαυτος, pro ὀλόκαυτος, *totus combustus*, seu sacrificii genus quo tota victima cremabatur: et

'Ολοκαυτόω pro ὀλοκαυτῶ, -ῶ, *totum comburo, cremo*; f. ώσω, p. ὠλοκαύτωκα, perf. pass. ὠλοκαύτωμαι· undè

'Ολοκαύτωμα, ατος, τὸ, *victima seu hostia quæ tota comburebatur, holocaustum*: à præced.

'Ολοκαύτωσις, εως, ἡ, *sacrificium, in quo victima tota crematur*; ab eod.

'Ολοκληρία, ας, ἡ, *integritas omnium partium alicujus rei*: ab

'Ολόκληρος, υ, ὁ ἡ ἡ, propriè *hæres ex asse, qui omnia possidet, quæ sortiiò ei obtigerunt*: item *integer, totus*: ex ὅλος, *totus*, et κλῆρος, *sors sortitio*.

'ΟΛΟΚΩΝΓΙΤΙΣ, ίδος, ἡ, *olus quoddam sylvestre.*
'Ολολύγη, ης, ἡ, *ejulatus:* et
'Ολολυγμός, οῦ, ὁ, idem: ab
'ΟΛΟΛΥΖΩ, *ULULO, ejulo, ploro:* f. ξω, a. 1. ὠλόλυξα, a. 1. imperat. ὀλόλυξον, -άτω, perf. ὠλόλυχα, p. pass. ὠλόλυγμαι.
'Ολομελής, ίος, ὁ ἡ ὡ, *qui membris est integris:* ex ὅλος, et μέλος.
"Ολοντο, *periêrunt:* 3. pl. a. 2. m. Ion. pro ὄλοντο, verbi ὄλλυμι, *perdo:* f. ὀλέσω, p. ὤλεσα, a. 2. m. ὠλόμην.
'Ολοόπεροχος, Poët. pro ὁλόπερος, *omni ex parte rotundus:* ex ὅλος, et τροχός, *rota.* Aut ὁλοόπεροχος, *perniciosus currenti:* ex ὅλος, et τρέχος, *cursus.* Th. τρέχω, *curro.*
'Ολοός, ή, όν, *perniciosus, a, um:* ab ὄλλυμι.
'Ολοόφρονα, *perniciosum:* acc. sing. ab
'Ολοόφρων, ονος, ὁ ἡ ὡ, *cui mens est perniciosa, perniciosus:* ex ὅλος, et φρήν, *mens.*
'Ολοπόρφυρος, ε, ὁ ἡ ὡ, *totus purpureus:* ex ὅλος, *totus,* et πορφύρα, *purpura.*
'ΟΛΟΠΤΩ, f. ψω, *vello, decortico:* q. ἁ λέπω, idem. Hinc fort. Angl. TO LOP.
'Ολόρριζος, ε, ὁ ἡ ὡ, *cum totâ radice:* ex ὅλος, et ῥίζα, *radix.*
"ΟΛΟΣ, ὅλη, ὅλον, *totus, solidus, universus:* Angl. THE WHOLE.
"Ολος, ου, ὁ, idem quod ὑλος, *atramentum sepiæ.*
• 'Ολοσίδηρος, ου, ὁ ἡ ὡ, *qui totus è ferro est,* D. S.
'Ολοσφύρηκτος, -ου, ὁ καὶ ἡ, *malleo ductus,* seu *fabricatus, solidus:* ex ὅλος, et σφύρα.
'Ολοχειρής, ής, ὁ καὶ ἡ, *integer, perfectus; summus:* q. ὁλῇ χειρί, *totâ manu factus:* ex ὅλος, et χείρ, ἡ, *manus.*
'Ολοχειρώς, adv. *omninò, planè, integrè:* à præced.
"ΟΛΟΣΧΟΙ, *pediculi pomorum.*
'Ολοτελής, ής, ὁ ἡ ὡ, *prorsus finitus, perfectus:* ex ὅλος, *totus,* et τέλος, τό, *finis.*
'Ολπαμα, f. 2. m. verbi ὄλλυμι, *perdo,* q. v.
'Ολοφλογδόν, ίνος, ἡ, *pustula:* ex ὅλος, et φλόζω, *ferveo.*
'Ολοφυδνός, ἡ, όν, *luctuosus, lugubris:* ab ὀλοφύζω, pro
'ΟΛΟΦΥΡΟΜΑΙ, *lamentor, ejulo, deploro;* præs. part. med. ὀλοφυρόμενος, μένη, μενον. Hinc
'Ολοφυρμός, οῦ, ὁ, et
'Ολόφυρσις, εως, ἡ, *lamentatio, ejulatus, luctus.*
'Ολοφώϊος, ε, ὁ ἡ ὡ, *exitialis; versutus:* ex ὄλλυμι, et φώς, *homo.*
"ΟΛΠΗ, ης, ἡ, et Dor. ὅλπα, *lecythus, ampulla olearia, vas:* q. ab ὑλαίν ἐντῇ, *olei succo.*
'Ολπίς, ίδος, ἡ, idem.
'Ολυμπᾶς, ᾶ, ὁ, nomen propr. viri. Gr. *cælestis.*
'Ολυμπία, ας, ἡ, *OLYMPIA;* nomen urbis, juxta quam celebrabantur
'Ολύμπια, ων, τὰ, *Olympiaca certamina,* in honorem Jovis Olympii: ab "Ολυμπος.
'Ολυμπιάδες, αἱ, *Musæ, tanquam Olympias domos inhabitantes.* 'Ολυμπιάδας ὑλαίας, *Olympiacas oleas.*
'Ολυμπιὰς, άδος, ἡ, *OLYMPIAS, quadriennium, quatuor annorum spatium,* vel *Olympici certaminis victoria:* in plur. 'Ολυμπιάδες· ab "Ολυμπος.
'Ολυμπιακὸς, ἡ, όν, *OLYMPICUS.* Th. "Ολυμπος.
'Ολυμπιονῖκας, α, ὁ, Dor. pro
'Ολυμπιονίκης, ου, ὁ, *victor in Olympicis ludis:* et
'Ολυμπιόνικος, ε, ὁ ἡ ὡ, idem: ex 'Ολύμπια, et νικάω, *vinco.*
'ΟΛΥΜΠΟΣ, ου, ὁ, *OLYMPUS, Thessaliæ* vel *Macedoniæ mons altissimus;* item *cælum;* q. ab ὅλος, et λάμπω, *luceo.*
'ΟΛΥΝΘΟΣ, ου, ὁ, *grossus, ficus immatura;* item *Macedoniæ oppidum.*
'ΟΛΥΡΑ, ας, ἡ, *species frumenti, affinis zeæ.*
'Ολυρῖτης, ου, ὁ, *panis ex olyrâ.*
'Ολώϊος, ία, ον, *perniciosus, exitialis, noxius.* Th. ὄλλυμι.
'Ολωλα, ας, ι, *perdidi:* Att. pro ὤλεσα, p. m. Hinc
'Ολώλη, 3. sing. sub. p. m. verbi ὄλλυμι, *perdo:* f. ὀλέσω, a. 2. m. ὠλόμην.
"Ολως, adv. *omninò, in summâ;* item *sanè.* Th. ὅλος.
'Ομὰ, *similia;* nom. pl. n. g. ab ὁμὸς, *similis.*
'Ομάγυρις, ιος, Dor. pro ἀμάγυρις, *congregatio, concilium:* q. v.
'Ομαδέω, *in unum cogo;* et
'Ομάδιάω, f. ήσω, *tumultuor:* ab
'Ομάδος, ου, ὁ, *multitudo, tumultus:* ab ὁμάς.
'Ομαίριος seu ὁμαίμιος, ου, ὁ ἡ ὡ, et
'Ομαίμων, ονος, ὁ ἡ ὡ, *qui est ejusdem sanguinis, consanguineus:* ex ὁμὸς, et αἷμα, τὸ, *sanguis.*
'Ομαιχμία, ας, ἡ, *belli societas:* ex ὁμὸς, et αἰχμὴ, *cuspis.*
'Ομάλης, ίος, ὁ ἡ ὡ, id. ac ὁμαλὸς, quod vide.
'Ομαλίζω, f. ίσω, *planum reddo, ad æqualitatem redigo, adæquo;* ὁμαλίζομαι, *ad æqualitatem redigor:* ab
'ΟΜΑΛΟΣ, ἡ, όν, *planus:* item *SIMILIS, æqualis, æquabilis* ἀνόμαλος, ου, ὁ ἡ, *asper, inæqualis,* ἀνωμαλὴς, ίος, ὁ ἡ ὡ, idem.

'Ομάρτω, *sequere;* præs. imperat. act. ab
'Ομαρτία, *sequor, eo unâ cum:* f. ήσω· ab
'ΟΜΑΡΤΗ, Poët. idem quod ὁμῆ, *simul, unà:* qu. ex ὁμὸς, et ἄρω.
'Ομαρτήσας, αντος, *secutus:* a. 1. part. act. ab ὁμαρτία, *sequor:* quod vide.
'Ομὰς, άδος, ἡ, *universitas, multitudo, omnes simul:* ab ὁμῆ.
'Ομβρίω, *pluo:* vide in ὄμβρος.
'Ομβρημα, ατος, τὸ, *imber:* à præced.
'Ομβρηρὸς, ὰ, ὸν, seu
'Ομβρηρὸς, ὰ, ὸν, *pluviosus:* ab eod. Th. ὄμβρος.
'Ομβρήσαντος, gen. sing. a. 1. part. act. ab ὀμβρίω, *pluo.* Th. ὄμβρος, *imber.*
'Ομβριμόθυμος, υ, ὁ ἡ ὡ, item in f. g. ὀμβριμοπάτρη, *forti patre genitus:* ex ὄμβριμος, *pro ὄβριμος, fortis, robustus,* et πατὴρ, *pater.*
'Ομβρίμος, υ, ὁ ἡ ὡ, *robustus:* ab ὄβριμος, idem.
'Ομβριος, υ, ὁ ἡ ὡ, *pluvius, pluvialis:* ab
'ΟΜΒΡΟΣ, υ, ὁ, *IMBER, pluvia:* qu. ab ὁμῦ ῥᾶν, *simul fluere.* Hinc ὀμβρίω, *pluo;* a. 1. part. ὀμβρήσας, αντος.
'Ομείναι, *jurabi:* 3. sing. f. 2. m. verbi ὄμνυμι, *juro;* f. ὀμόσω, p. ὄμωκα, f. 2. m. ὀμῶμαι, ῇ, ῶται.
'Ομιννίτης, ου, ὁ, *maritus:* et
'Ομιννίς, ίδος, ἡ, *uxor:* et
'Ομιστὸς, et ὁμιννεῖος, ου, ὁ καὶ ἡ, *conjux, eodem cubili utens:* ex ὁμὸς, et ἰστὸς.
'Ομηγερὴς, ὲος, ὁ ἡ ὡ, *simul congregatus:* in nom. pl. ὁμηγερέες· ex ὁμῆ, *simul,* et ἀγείρω, *congrego.*
'Ομηγύρης, ίος, ὁ ἡ ὡ, Poët. et Æol. pro præced.
'Ομήγυρις, ιος, ὁ, ἡ, *cœtus, multitudo hominum congregatorum:* ex ὁμῆ, *simul,* et ἀγυρις, ιος, ἡ, *cœtus.*
'Ομηλικία, ας, et Ion. ης, ἡ, *ætatis æqualitas:* à seq.
'Ομῆλιξ, ικος, ὁ ἡ ὡ, *qui ejusdem ætatis est:* ex ὁμὸς, *similis,* et ἡλικία, *statura.*
'Ομήρισμα, ατος, τὸ, *pignus, obses;* ab ὁμηρεύω.
'Ομηρεῦσαι, Dor. pro ὁμηρεῦσαι, nom. pl. præs. part. f. g. ab
'Ομηρεύω, *sum obses:* ab ὅμηρος.
'Ομηρέω, -ῶ, f. ήσω, *in unum convenio, occurro; comitor:* ab eod.
'Ομηρίδαι, ων, οἱ, *HOMERIDÆ, Homeri imitatores,* vel *poëmatum Homericorum recitatores et actores.*

ὅμαγον, ν, τὸ, *pignus quod est obsidis vice*, Polyb. 3. et
ΟΜΗΡΟΣ, υ, ὁ, *obses*: qu. ab ἁμᾶ εἶρον, *simul nectere*, Thuc. 8. 31.
ὅμηρος, υ, ὁ, *HOMERUS*, nomen Poëtæ Græci celeberrimi.
ὁμίλει, præs. imperat. act. ab
ὁμίλεω, -ῶ, *in cœtu aliquorum versor; in colloquium venio, colloquor, sermocinor; consuesco; alicui rei valdè deditus sum*, ut *studiis*, &c. ὁμιλῶν τισὶ τύχαις, *in aliquos casus incidere, variam fortunam experiri*: cum dat. imperf. ὁμίλεον, -ον, 3. sing. opt. præs. ὁμιλέοι, f. ήσω, p. ὡμίληκα, a. 1. ὡμίλησα, a. 1. part. act. ὁμιλήσας, αντος, præs. part. act. ὁμιλῶν· ab ὅμιλος, *turba, cœtus*.
ὁμιλητὸν, adv. *turmatim*: ab eod. Th.
ὁμιλητικὸς, ὴ, όν, *qui dextrè versatur cum hominibus, elegans, humanus, comis*: ab ὁμιλέω.
ὁμιλία, ας, ἡ, *commercium, conversatio, colloquium*. Hinc Angl. HOMILY: ab ὁμιλέω.
ΟΜΙΛΟΣ, υ, ὁ, *cœtus, turba: turma; plebs; tumultus*: qu. ab ἁμᾶ εἰλῆσθαι, *quòd undà cogatur*.
ΟΜΙΧΕΩ, *meio, mingo*: qu. ἁμᾶ χέω, *simul fundo*.
ΟΜΙΧΛΗ, et Ion. ὁμίχλη, ης, ἡ, *nebula, caligo*, Arist. et Hom.
ὄμμα, ατος, τὸ, *visum; oculus; aspectus, facies*: nom. pl. ὄμματα, dat. pl. ὄμμασι· ab ὄπτομαι, *video*: f. med. ὄψομαι, perf. pass. ὄμμαι.
ὄμμαν· pro ὄμματα· vide præced.
* ὁμμάτιον, *oculatum et vigilem reddo*: ab ὄμμα.
ὄμνυ, *jura*: præs. imperat. act. pro ὄμνυθι, et
ὀμνύεις, 2. sing. præs. ind. ab
ΟΜΝΥ̃ΜΙ seu ὀμνύω, *juro*: f. ὀμόσω, perf. ὄμοκα, et Att. ἐμώμοκα, a. 1. ὤμοσα, a. 1. sub. ὀμόσω, ῃς, ῃ, a. 1. part. ὀμόσας, αντος.
ὁμογάστριος, υ, ὁ ἡ ὁ, *frater qui, vel soror quæ, ex eodem ventre prodiit, uterinus*: ex ἁμοῦ, *simul*, (Th. ὁμὸς) et γαστὴρ, *uterus*.
ὁμογενὴς, ὁος, ὁ ἡ ὁ, *qui ejusdem generis est, propinquus*.
ὁμόγλωσσος, υ, ὁ ἡ ὁ, *qui eâdem linguâ utitur*: ex ὁμὸς, et γλῶσσα, *lingua*.
ὁμογνωμονέω, -ῶ, f. ήσω, *ejusdem sum sententiæ*: ex ὁμὸς, et γνώμη, *sententia*, Xen. et Aris.
ὁμογνωμόνως, adv. *æquè, uno animo*; -μον, *idem sentiens*.
ὁμόγνως, υ, ὁ ἡ ὁ, idem quod ὁμογενὴς, *consanguineus, cognatus, germanus*: ex ὁμὸς, *similis*, et γένομαι, *nascor*.
ὁμοδᾶμος, υ, ὁ ἡ ὁ, Dor. pro
ὁμόδημος, υ, ὁ ἡ ὁ, q. d. ὁ ἐν τῇ αὐτῇ δήμῳ ὤν, *qui est ex eodem populo*: ex ὁμὸς, et δῆμος, *populus*.
ὁμοδίαιτος, υ, ὁ ἡ ὁ, *qui eodem victu, seu vitæ genere utitur*; item *convictor, contubernalis, sodalis*; ex ὁμὸς, et δίαιτα, *vivendi mos, victus*.
ὁμοδρομέω, -ῶ, *simul curro, concurro*: ex ἁμᾶ, *simul*, et δρόμος.
* ὁμοεθνία, *ejusdem gentis sum*, D. S.
ὁμοεθνὴς, ὁος, ὁ ἡ ὁ, *qui est ejusdem generis, seu nationis*: ex ὁμὸς, *similis*, et ἔθνος, *gens*.
ὁμοθάλαμος, υ, ὁ ἡ ὁ, ὁμᾶ ἐν τῷ αὐτῷ θαλάμῳ οἰκῶν, *qui simul et in eodem thalamo habitat*.
ὁμόθεν, *simul*: ab ἁμᾶ, idem. Th. ὁμὸς, *similis*.
ὁμοίδρονος, υ, ὁ ἡ ὁ, *qui eidem solio insidet, et ejusdem particeps est*: ex ὁμὸς, et θρόνος, *thronus*, quod vide.
ὁμοθυμαδὸν, adv. *uno animo*: ab
ὁμόθῡμος, ον, ὁ καὶ ἡ, *unanimis, concors*: ex ὁμὸς, et θυμὸς, *animus*.
ὅμοια, pl. num. n. g. ὁμοίας, gen. sing. f. g. ab ὅμοιος, *similis*.
ὁμοιάζω, *similis sum*: f. άσω, p. ὡμοίακα· ab ὅμοιος, idem quod ὁμὸς.
ὁμοίην, acc. sing. Ion. f. g. pro ὁμοίαν· ab ὅμοιος.
ὁμοῖος, Poët. pro ὅμοιος, *similis*. Th. ὁμὸς, idem.
* ὁμοιοπάθεια, ας, ἡ, *adfectuum similitudo*, D. S. ab
ὁμοιοπαθὴς, ὁος, ὁ ἡ ὁ, *iisdem affectibus obnoxius*: ex ὅμοιος, et πάθος, τὸ, *affectus*.
ὅμοιος, οία, οιον, *similis, par: æqualis*: [* *tantundem est, nil refert, σὺ δ' αἰνῶν, εἴτε μὲ ψέγων Σίλλος, ὅμοιον, tu verò sive me laudare, seu vituperare velis, tantundem est*, Æsch. Agam. 143. Vid. Markl. ad Eurip. Sup. 1060.] Th. ὁμὸς, idem.
ὁμοιότης, ητος, ἡ, *similitudo*: à præced. Plat. Aristot.
ὁμοιούσιος, *similis essentiæ*: ex ὅμοιος, *similis*, et οὐσία, *essentia*.
ὁμοίω, -ῶ, *assimilo, comparo*: f. ώσω, p. ὡμοίωκα, a. 1. ὡμοίωσα, a. 1. sub. ὁμοιώσω, ῃς, ῃ, et in 1. pl. ὁμοιώσωμεν, p. pass. ὡμοίαμαι, a. 1. pass. ὡμοιώθην, a. 1. sub. pass. ὁμοιωθῶ, ῇς, ῇ, a. 1. inf. ὁμοιωθῆναι, a. 1. part. ὁμοιωθεὶς, ῖσσα· ab ὅμοιος, *similis*.
ὁμοιωθήμεναι, Dor. pro ὁμοιωθῆναι, a. 1. inf. pass. ὁμοιωθὼς, a. 1. part. pass. et ὁμοιωθέμεν, a. 1. pl. f. 1. pass. ab ὁμοιόω, *assimilo*.
ὁμοίωμα, ατος, τὸ, *similitudo, similitudinem*; à 1. sing. p. pass. verbi ὁμοιόω.
ὁμοίως, adv. *similiter, perindè*: ab ὅμοιος.
ὁμοίωσις, εως, ἡ, *ipsa assimilatio, similitudo*: à 2. sing. p. pass. verbi ὁμοιόω.
ὁμόκλᾶρος, υ, ὁ ἡ ὁ, Dor. pro ὁμόκληρος, *qui ejusdem sortis cum aliquo est, particeps, consors*: ex ἁμᾶ, et κλῆρος.
ὁμοκλάω, seu -έω, *hortor vociferando, increpo*: ab ὁμοκλή.
ὁμοκλὴ, ῆς, ἡ, *hortamentum, increpatio et comminatio*: ex ἁμᾶ, *simul*, et κέκλομαι, idem quod κέλομαι, seu κέλω, *hortor*.
ὁμοκλητὴς, ῆρος, ὁ, *increpator, objurgator*: à 3. sing. perf. pass. verbi ὁμοκλάω.
ὁμοκλήσας, αντος, *minans*: a. 1. part. act. ab eod. verbo.
ὁμοκλίνης, ίος, ὁ ἡ ὁ, *qui est in eodem lecto*, vel *toro*; item *simul accumbens mensæ*: ex ὁμὸς, et κλίνη.
ὁμολογέω, -ῶ, *consentio, assentior: confiteor, profiteor; spondeo; præs fio; conditiones accipio*; v. gr. *pacis*: *affirmo, testor: similis sum, respondeo: laudo*: [* *gratias ago*: in Hebraismis censet Vorstius, Philot. S. P. c. 5. p. 137.] f. ήσω, perf. ὡμολόγηκα, a. 1. ὡμολόγησα· ab ὁμολόγος.
ὁμολογήσαντα, acc. sing. aor. 1. part. pass. et
ὁμολογήσας, αντος, a. 1. part. act. verbi ὁμολογ[illegible] quod vide.
* ὁμολόγησις, *confessio, concessio*, D. S. à verbo præced.
ὁμολογητέον, *confitendum est*: nomen verbale ab eod.
ὁμολογία, ας, ἡ, *confessio; consensus, assensus*; item *convenientia; pactum, pactio, compositio*: ab
ὁμολόγος, υ, ὁ ἡ ὁ, *iisdem verbis utens; consentiens*; τὸ ὁμολόγον, *pactum*: ex ὁμὸς, *similis*, et λόγος, *verbum*. Th. λέγω, *dico*: perf. med. λέλογα.
ὁμολογουμένως, adv. *ex confesso, sine controversiâ*, à præs. part. pass. ὁμολογέομαι, -όμενος, verbi ὁμολογέω· quod vide.
ὁμολόγως, adv. *congruenter*; item *apertè, sine ullâ dubitatione*: ab ὁμολόγος, quod vide.
ὁμομήτριος, υ, ὁ ἡ ὁ, *qui est ex eâdem matre natus*: ex ὁμὸς, et μήτηρ, *mater*.
ὁμὸν, *eundem, similem*: acc. sing. ab ὁμὸς.
ὁμονοέω, -ῶ, f. ήσω, p. ὡμονόηκα, *consentio*: ex ὁμὸς, *similis*, et νόος, *mens*.
ὁμόνοια, ας, ἡ, *concordia, consensus*: à præced.

'Ομοιόσιος, seu ὁμοίωσις, *ejusdem essentiæ, consubstantialis:* ex ὁμὸς, et οὐσία, *essentia:* ab ὤν, ὄσα, ὄν, verbi ἐιμὶ, *sum.*

'Ομοπάτριος, υ, ὁ, *eodem patre genitus,* vel *eundem patrem habens:* ex ὁμὸς, et πατὴρ.

'Ομόργνυ, *abstersit,* 3. sing. imperf. act. Ion. ab

'ΟΜΟΡΓΝΥ̃ΜΙ et μόργνυμι, *abstergo, imprimo, inuro:* f. ὁμόρξω, a. 1. ind. act. ὤμορξα, a. 1. ind. med. ὡμορξάμην, perf. ὦμορχα.

'Ομορέω, -ῶ, f. ήσω, *confinis sum:* ab ὅμορος.

'Ομόρξω, *tergam;* f. 1. act. verbi ὁμόργνυμι.

'Όμορος, υ, ὁ ἡ ὁ, *finitimus, confinis; adfinis, amicus:* gen. pl. ὁμόρων· ex ὁμὸς, et ὅρος, *terminus.*

'ΟΜΟΣ, ὴ, ὸν, *similis, par; idem.*

'Ομόσαι, *jurare:* a. 1. inf. act. verbi ὄμνῦμι, *juro;* f. ὁμόσω, p. ὄμοκα, ὄμοσον, a. 1. imperat. act.

'Ομόσε, adv. *eundem in locum, eòdem:* ab ὁμὸς, *idem.* At

"Ομοσε, 3. sing. a. 1. Ion. ab ὁμόω, *unio;* f. ὁμόσω.

• 'Ομοσιχωρήσας πρήγματι, *efferens se periculo.*

'Ομόσσῃς, ῃ, 2. et 3. sing. a. 1. sub. act. verbi ὄμνυμι.

'Ομοσῖτέω, *simul edo:* à seq.

'Ομόσῖτος, υ, ὁ ἡ ὁ, *qui cum aliquo edit:* ex ὁμὸς, et σῖτος, *frumentum.*

'Ομοσκηνία, ίας, ἡ, *contubernium;* item *tentorium:* et

'Ομοσκηνόω, -ῶ, *in eodem sum tabernaculo:* ex ὁμὸς, et σκήνη, ης, ἡ, *tabernaculum.*

'Ομόσπορος, υ, ὁ ἡ ὁ, *qui est ex eodem semine et genere:* ex ὁμὸς, et σπόρος, *semino.*

'Ομόσσῃ, *juraverit:* 3, sing. a. 1. sub. act. Poët. gem. σ, ut et ὁμόσσας, pro ὁμόσας, a. 1. part. verbi ὄμνυμι, *juro:* f. ὁμόσω.

'Ομόσσον, *jurato,* a. 1. imperat. act. gem. σ, ejusd. verbi.

'Ομοσῑχάω, seu -έω, *simul procedo, una eo; comitor:* ex ὁμὸς, et σῑχάω, εω.

'Ομόσῑχος, υ, ὁ ἡ ὁ, *in eodem versu* seu *ordine locatus; comes:* ex ὁμὸς, et σῖχος, *ordo, versus.* Th. σῑχω, *eo, vado.*

'Ομόσω, *jurabo:* f. 1. ind. act. verbi ὁμόω, seu ὄμνυμι, a. 1. ὦμοσα.

• 'Ομοσίλιννον, pro ὁμοσιλίννον, *quod similem habet finem,* D. S.

'Ομόσῑτος, υ, ὁ ἡ ὁ, *qui eandem artem exercet:* ex ὁμὸς, et σῖτος, *ars.*

'Ομότῑμος, υ, ὁ ἡ ὁ, *qui in pari habetur honore:* ex ὁμὸς, et τῑμὴ, *honor.* Th. σῖω, *honoro.*

'Ομοτράπεζος, υ, ὁ ἡ ὁ, *eâdem utens mensâ:* ex ὁμὸς, et τράπεζα, *mensa.*

'Ομότροπος, υ, ὁ ἡ ὁ, *similis,* tam de *ingenio,* quam *moribus;* item *consentaneus:* ex ὁμὸς, et τρόπος, *mores, ingenium.* Th. τρέπω, *verto.*

'Ομῦ, *una, simul, pariter; in eundem locum; in eodem loco; propè; ferè, circiter:* ab ὁμὸς.

'Ομοῦμαι, *jurabo:* f. 2. m. verbi ὄμνυμι, *juro:* f. ὁμόσω.

'Ομουρέω, *finitimus sum:* ab ὅμουρος, Ion. pro ὅμορος, *finitimus,* quod vide.

'Ομόφρων, υ, ὁ ἡ ὁ, *comes, qui cum aliquo it:* ex ὁμῦ, et φρονέω, *eo.*

'Ομόφρονα et ὁμόφρονας, acc. sing. et pl. ab ὁμόφρων, quod vide.

'Ομοφρονίω, *consentio, concors sum:* ab

'Ομόφρων, ονος, ὁ ἡ ὁ, *unanimis, idem sentiens, concors:* ex ὁμὸς, et φρὴν, *mens, animus.*

'Ομόφῡλος, υ, ὁ ἡ ὁ, Xen. *ejusdem speciei, ejusdem generis, ex eâdem tribu:* ex ὁμὸς, et φυλὴ, *tribus.*

'Ομοφωνέω, *eâdem voce* vel *linguâ utor:* ex ὁμὸς, et φυλὴ, *tribus.*

'Ομόφωνος, υ, ὁ ἡ ὁ, *qui eâdem linguâ utitur; cujus eadem vox est* seu *idem sonus; consonus, consentiens:* ex ὁμὸς, et φωνὴ, *vox.*

'Ομοχροΐν, Ion. pro ὁμοχροΐα, *coloris similitudo:* ex ὁμὸς, et χρὼα, *color.*

'Ομόψηφος, ου, ὁ ἡ ὁ, *cujus idem suffragium est; eandem fovens sententiam; idem jus suffragii ferendi habens:* ex ὁμὸς, et ψῆφος, *calculus.*

'Ομῶ, *in unum redigo, coïre facio:* ab ὁμὸς, *similis, par:* sed

'Ομῶ, idem quod ὄμνυμι, *juro.*

'Όμφακες, *uvæ acerbæ,* nom. pl. ab ὄμφαξ, quod vide.

'Ομφακίας, υ, ὁ, *acerbus, acerbitate suâ uvas immaturas referens,* seu *ex uvis immaturis confectus:* ab ὄμφαξ.

'Ομφακίζει, *sum acerbus,* f. ίσω, p. ὠμφάκικα· ab eod.

'Ομφάκιον, υ, τὸ, *omphacium, succus uvæ acerbæ,* Dios. 5. 7.

'Ομφαλόεις, όεσσα, όν, *umbilicatus, a, um.* Epith. *scuti:* ab

'ΟΜΦΑΛΟΣ, οῦ, ὁ, *UMBILICUS, umbo; media pars agminis:* q. ab ἀμφιλίσσω, *circumvolvo.*

'ΟΜΦΑΞ, ακος, ἡ, *uva acerba, necdum matura,* [• vel *quivis fructus immaturus,*] quia ὠμὸς δὲ τὸ φαγεῖν, *crudus ad vescendum.*

'ΟΜΦΗ', ῆς, ἡ, *vox divina, responsum à Deo datum.*

'Ομωξῆναι, *similem factum esse* vel *unitum:* a. 1. inf. pass. ab ὁμόω. Alii volunt per Synec. dici pro ὁμοιωθῆναι, a. 1. inf. pass. ab ὁμοιόω, *similem facio:* quod ab ὅμμος, idem quod ὁμὸς, *similis.*

'Ομόωσα, Att. pro ὄμοκα, *juravi:* perf. act. verbi ὄμνυμι, *juro.*

'Ομώνῡμος, υ, ὁ ἡ ὁ, *idem nomen habens, cognominis:* ex ὁμὸς, et ὄνομα, *nomen.*

'Όμως, *tamen:* conjunct. discret. ὅμως μὲν τὸ, *verumtamen:* sed

'Ομῶς, *similiter, æquè, pariter, simul,* und: Poët. pro ὁμοῦ, vel ὁμοίως. Th. ὁμὸς, *similis.*

'Ον, ὄντα, *quem:* acc. sing. ab ὅς, *qui.*

'Ον, præs. part. neut. g. ab ὤν, ὄντα, ὄν· ab εἰμὶ, *sum.*

'Ονάγεος, ου, ὁ καὶ ἡ, ὄους ἄγχους, *ONAGER.* Th. ἀγχὼ, *ager.*

'Ονάμην, ασο, ατο, *adjutus fuerim;* per Sync. pro ὀνησάμην, a. 1. opt. m. verbi ὄνημι, *juvo, prosum:* f. ὀνήσω, a. 1. med. ὀνησάμην.

'Ονᾶμαι, *fruor;* item *vitupero.* Vide ὄνημι.

'Ονάμενος, υ, *qui fructum percepit;* per Sync. pro ὀνησάμενος, a. 1. part. m. verbi ὄνημι, *juvo.* Alii volunt esse præs. part. ab ὀνᾶμαι, præced.

"ΟΝΑΡ, τὸ, *somnium:* indecl. κατ' ὄναρ, *in somnio:* [• Matt. i. 20. Attici omittunt præpositionem, uti notat Phrynichus.]

'Ονάριον, υ, τὸ, *asellus,* dimin. ab ὄνος, *asinus.*

'Ονᾶσῶ, *juvabit,* Dor. seu Æol. pro ὀνήσω, ab Æol. f. ὀνασῶ· deinde ὀνασῶ, verbi ὄνημι, *prosum.*

'Ονασθαι, *frui;* præs. inf. ab ὀνᾶμαι, quod vide: vel a. 1. inf. m. per Sync. pro ὀνήσασθαι, verbi ὄνημι, *juvo.*

'Ονᾶσις, ισς, ἡ, Dor. pro ὄνησις, *usus, utilitas:* ab eod.

'Ονάσσῃς, Dor. pro ὀνήσῃς, 2. sing. a. 1. sub. act. ab ὄνημι.

'Ονάσσαι, quod pro ὀνήσεται, τὰ, *cibaria, commoda:* ab

'Ονασς, ασος, τὸ, *utilitas, emolumentum:* ab ὄνημι.

'Ονείδεα, et contractè ὀνίδεα, nom. pl. ab ὄνειδος, ους, τὸ, *probrum.*

'Ονείδειος, vel ὀνίδειος, ία, ον, *probrosus, contumeliosus:* ab ὄνειδος.

'Ονειδίζω, *exprobro, vitupero, reprehendo, accuso,* imperf. ὠνείδιζον, f. 1. ίσω, p. ὀνείδικα, a. 1. ὠνείδισα, a. 1. sub. ὀνείδισον, σῃς, σῃ, præs. pass. ὀνειδίζομαι, *convitiis laceror;* perf. pass. ὠνείδισμαι· ab ὄνειδος.

'Ονειδισας, ονος, a. 1. part. act. At

'Ονείδισας, 2. sing. a. 1. ind. act.

Digitized by Google

Ion. ὀνάδιεν, a. 1. imperat. act. ab ὀνειδίζω, quod vide.

'Ονειδίσεις, 2. sing. f. 1. act. ejusd. verbi.

'Ονείδισμα, ατος, τὸ, *contumelia, probrum* : et

'Ονειδισμὸς, οῦ, ὁ, *convicium* : ab ὀνειδίζω, *exprobro*. Th. ὄνειδος, ους, τὸ, *probrum*.

'Ονείδισον, 3. pl. a. 1. sub. act. et

'Ονειδῶ, f. 1. Att. pro ὀνειδίσω, verbi ὀνειδίζω, *exprobro* : f. ἰσω· ab

"ΟΝΕΙΔΟΣ, ους, τὸ, *probrum, dedecus* ; item *gloria, laus, decus*.

"Ονεος, έα, εον, *utilis* : ab ὄνημι.

'Ονήϊπτρα, -ων, τὰ, in prosâ pro ὄνειρα, ab ὄνειρον, idem quod ὄνειρ, *somnium*.

'Ονήϊρατος, έα, εον, ut ὀνειρέα· πτέλεα, *somni* vel *insomniorum portæ* : ab ὄνειρος, quod vide.

'Ονειροκρίτας, α, ὁ, Dor. pro

'Ονειροκρίτης, ου, ὁ, *somniorum interpres* : ex ὄνειρον, *somnium*, et κρίνω, *judico*.

'Ονειροπόλος, ου, ὁ ἡ ὁ, *somniorum interpres* : ex ὄνειρος, *somnium*, et πολέω, *versor*.

"Ονειρος, ου, ὁ, *somnium*. Th. ὄναρ.

'Ονήϊρων, dat. sing. ὀνήϊρον, gen. pl. præced.

'Ονηθῆναι, a. 1. inf. pass. verbi

"Ονημαι, idem quod ὄνημαι.

'Ονηπίνος, η, πρὸς. part. pass. ab ὄνημι, quod ab

"ΟΝΗΜΙ, et ὀνίνημι, *juvo, prosum, utilitatem affero* ; item *vitupero* : eodem modo usurpatur formâ med. f. ὀνήσω, (ab ὀνέω,) a. 1. ὄνησα, p. ὄνημαι· præs. pass. ὄνημαι, ὀνῆμαι, et ὀνίνημαι, *juvor, fructum et utilitatem percipio ; fruor* ; item *vitupero* : fut. 1. med. ὀνήσομαι, a. 1. m. ὀνησάμην, ω, ασο, a. 1. m. opt. ὀνησαίμην, αιο, αισο, et contract. ὀναίμην.

"Ονησα, Ion. pro ἔνησα, a. 1. ind. act. et

'Ονήσαι, *fruere*, a. 1. imperat. m. verbi ὄνημι.

'Ονήσεαι, *juvaberis*, Ion. pro ὀνήσῃ, 2. sing. f. 1. m. ὀνήσομαι, verbi ejusdem.

'Ονήσει, *erit emolumento*, 3. sing. f. 1. act. ὄνημι.

'Ονήϊπορος, ου, ὁ ἡ ὁ, *utilis* ; item, prop. nom. ab ὄνημι.

"Ονησις, εως, ἡ, *fructus, utilitas*. Th. ὄνημι, *juvo*.

'Ονησιφόρος, ου, ὁ ἡ ὁ, *utilitatem afferens* ; item nomen propr. *ferens opem, opitulator*.

"Ονησο, præs. imp. pass. ab ὄνημαι, *fruor*.

'Ονητὸς, ὴ, ὸν, *utilis* : *vituperabilis* : ab ὄνημι, *juvo*, *vitupero*.

'Ονίατος, ου, ὁ, *utilis* ; item *ONETOR* : nom. propr.

'Ονήλιον, et ὀνύλιον, *stercore bovino inquino* ; *fimo jumentorum aspergo agrum* ; et indè *cibos condio exquisitè*, quia ut *fimo agri fœcundiores*, sic *cibi condimentis delicatiores* fiunt : ab

"ΟΝΘΟΣ, ου, ὁ, *stercus*, seu *fimus jumentorum*.

'Ονικὸς, ὴ, ὸν, *asinarius, a, um* : ab ὄνος, *asinus*.

'Ονίνησιν, *juvat* : 3. sing. præs. ind. verbi ὀνίνημι, idem quod ὄνημι, f. ὀνήσω.

"Ονιτο, 3. sing. præs. opt. verbi ὄνημαι, quod vide ; ut alii volunt a. 2. opt. m. verbi ὄναμαι, *vitupero, carpo*. Th. ὄνημι, *vitupero*.

'Ονοκένταυρος, ου, ὁ, *Onocentaurus*.

"Ονομ', pro ὄνομα, quod vide.

"ΟΝΟΜΑ, Poët. ὄνυμα, Æol. ὄννυμα, ατος, τὸ, *NOMEN ; fama, celebritas ; prætextus ; nam* ὄνομα, *nominatim*, adv.

'Ονόμαζ', *nominabat*, Ion. pro ὀνόμαζε, 3. sing. imperf. act. ab

'Ονομάζω, *nomino, appello ; celebro, decanto* : 3. sing. præs. opt. ὀνομάζοι, præs. inf. ὀνομάζειν, f. ἄσω, p. ὠνόμακα, præs. pass. ὀνομάζομαι, *nominor*, p. pass. ὠνόμασμαι, a. 1. pass. ὠνομάσθην, ης, η, præs. part. pass. ὀνομαζόμενος. Th. ὄνομα, ατος, τὸ, *nomen*.

'Ονόμηνε, *reprehendo, carpo, vitupero* ; f. m. ὀνόσομαι, a. 1. m. ὠνοσάμην· ab ὀνέω, idem.

'Ονομήνω, *nomino, nomine voco, nominatim recenseo* ; f. ὀνῶ, a. 1. ὠνόμηνα, a. 1. sub. act. ὀνομῆναι. Th. ὄνομα, *nomen*.

'Ονομάκριτος, ου, ὁ, nomen propr.

'Ονόμασθεν, Æol. et Boeot. pro ὠνομάσθησαν, 3. pl. a. 1. ind. pass. ab ὀνομάζω, quod vide.

'Ονόμασι, dat. pl. ab ὄνομα, quod vide.

'Ονομάσια, *nominatio, appellatio* : ab ὀνομάζω.

'Ονομαστὶ, adv. *nominatim*.

'Ονομαστικὸς, ὴ, ὸν, *nominativus* : et

'Ονομαστὸς, ὴ, ὸν, *celebris, clarus* : in pl. ὀνομαστοὶ· ab ὀνομάζω.

'Ονόμηνα, *as*, ι, a. 1. ind. act. Ion. et

'Ονομῆνε, a. 1. sub. act. verbi ὀνομαίνω, quod vide.

"ΟΝΟΣ, ου, ὁ, vel ἡ, *asinus, -a* : q. ab ὄνημι, *juvo* ; item bestiola multipes, dicta *multipedo, porcellio* ; item *superior mola lapis ; axis ; fusus*.

'Ονόσεται, *vituperabit*, 3. sing. f. 1. med. gem. σ verbi ὀνέω, idem quod ὄνημι, *vitupero*.

'Ονοτὸς, ὴ, ὸν, *vituperandus* ; in pl. n. g. ὀνοτὰ, ab ὄναμαι, *vitupero*.

'Ονοτύζω, *carpo, incuso* : ab ὀνέω, idem quod ὄνημι *vitupero*.

'Ονοτὸς, ὴ, ὸν, Poët. *vituperabilis*, ab eod.

'Ονοφορβὸς, οῦ, ὁ ἡ ὁ, *qui asinos pascit ac nutrit* : ex ὄνος, et φορβὴ, *pasco* : p. m. φορβέω.

'Ονόω, f. ὀνῶ, usitatiùs ὀνήσω, idem quod ὄνημι, *vitupero*.

"Ονυ, *existentem*, acc. sing. part. præs. m. g. ὤν, ὄντος· ab εἰμὶ, *sum*.

"Ονυϊνα, *quemcunque*, acc. sing. ab ὅστις.

• "Ονυν, 3. pl. imperf. Atticè pro ἦσαν, ab εἰμὶ· ἐπικτᾷ τὸ ὄντων, Plat. ix. de leg. pro quo Ionicè dicitur, ἐόντων, Herodot. p. 364, 67.

"Ονυς, verè, adv. ab ὤν, ὄντος, præs. part. verbi εἰμὶ, *sum*.

'Ονῦμα, ατος, τὸ, Æol. pro ὄνομα, *nomen*.

'Ονύμαξε, *as*, ι, Æol. et Poët. pro ὠνόμασα, a. 1. ind. act. verbi ὀνομάζω, *nomino*, quod vide.

'Ονυμάξομαι, f. 1. m. Æol. vide præced.

'ΟΝΥΞ, ὄνυχος, ὁ, *UNGUIS ; unci ; ONYX*, gemma : in dat. pl. ὄνυξι. Hinc

'Ονύχων, *ungues*, nom. pl. et

'Ονύχεσσι, dat. pl. Ion. ab ὄνυξ, -υχος, ὁ, *unguis*.

'Ονυχίζω, *angues facio ; divido ungulam penitùs ; ungues reseco ; ad unguem exigo* : f. ἴσω, p. ὠνύχικα· ab ὄνυξ, *unguis*.

'Ονύχιον, τὸ, *unguiculus* ; item pro *lapide onychite*. Th. ὄνυξ.

'Ονυχισμὸς, οῦ, ὁ, *unguium resectio diligens et acerba rei examinatio* : ab ὀνυχίζω.

'ΟΝΩΝΙΣ, ίδος, ἡ, *herbæ genus*.

'Οξάλμη, ης, ἡ, *muria acida*, ὀξῆς ἅλμη.

'Οξῆα, ας, ἡ, *acuta*, nom. f. g. ab ὀξὺς. At

'Οξέα, exponitur per *acutè*, in pl. g. pro ὀξέα, metri gratiâ, quod pro ὀξίων, ab eod.

'Οξῖ, dat. sing. ab ὀξὺς, ἴος, ὁ, *acutus*.

'Οξιῶν, gen. pl. f. g. Dor. pro ὀξιῶν· et

'Οξέσσι, dat. pl. Ion. pro ὀξέαις, ab ὀξῆα, f. g. ab ὀξὺς, *acutus*.

'Οξίως, adv. *acutè* ; *celeriter* ; *velociter* : ab eod.

'Οξος, ους, τὸ, *acetum* : et pro *vino tracando*. Th. ὀξὺς, *acutus*.

'Οξὺ, substantivè *acumen, mucro, acies* ; item *celeritas* ; adv. etiam *acutè* ; *celeriter*. Th. ὀξύς.

• 'Οξυδλμὸς, adjectivum nominis

ὀξυδιλὴς, acûtum habens, vel emittens celeritèr, jaculum: ab ὀξὺς, et βίλος, D. S.

'Οξυδιλὴς, ἐος, ὁ ἢ ἡ, acutum cuspidem habens; qui celeritèr jaculum emittit: ex ὀξὺς, acutus, et βίλος, τὸ, telum.

'Οξύγαρυ, υ, τὸ, garum aceto conditum: ex ὀξὺς, et γάρος.

'Οξύγγιον, υ, τὶ, axungia, arvina, Græc. à Lat.

'Οξυγράφος, υ, ὁ ἢ ἡ, celeritèr scribens: ex ὀξὺς, et γράφω, scribo.

'Οξυηκοΐα, ας, ἡ, auditûs acumen: ex ὀξὺς, acutus, et ἀκοὴ, auditus. Th. ἀκούω, audio.

'Οξύθῡμος, υ, ὁ ἢ ἡ, qui acerbo est animo, iracundus. Hinc ὀξυθυμία, animi acerbitas; sordes: ex ὀξὺς, et θυμὸς, animus.

'Οξυπῑπτων, ων, ὁ ἢ ἡ, ad motum subitus et præceps, qui subitò vel celeritèr movetur; item ὀργίλος, qui subitò irâ commovetur: ex ὀξὺς, et πίπτω, moveo.

'Οξυντὴρ, ῆρος, ὁ, scalprum: ab

'Οξύω, acuo, item acidum reddo: f. ὄνω, p. ὄξυγμα, a. 1. ὄξυνα. Th. ὀξύς.

'Οξύοις, ύοσα, ύον, acutus; spinosus. Th. ὀξύς.

'Οξυρεκὴς, ἐος, ὁ ἢ ἡ, vel ὀξυῤῥικὴς, et

'Οξύῤῥοος, υ, ὁ ἢ ἡ, qui celeritèr rapit ac movetur: celer, velox: ex ὀξὺς, velox, et ῥέω, repo, vergo.

'ΟΞΥΣ, εῖα, ὺ, acutus; acidus; velox; expeditus ad aliquid aggrediendum.

'Οξύσχοινος, υ, ὁ ἢ ἡ, acutus juncus: ex ὀξὺς, acutus, et σχοῖνος, υ, ὁ ἢ ἡ, juncus.

'Οξύτερος, υ, et in f. g. Ion. ὀξυτέρη, acutior, comparat. ab ὀξὺς, acutus.

'Οξύτης, ητος, ἡ, acumen, acies: acrimonia; item celeritas. Th. ὀξύς.

'Οξύτομος, υ, ὁ ἢ ἡ, acutè secans; acutus: ex ὀξὺς, et τέμνω, seco: p. m. τέτομα.

'Ὅυ, Poët. pro οὗ, cujus: ab ὅς, quis.

'Ὄυ', pro ὄπα, vocem, sonum: acc. sing. ab ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox.

'Ὅυα, Dor. pro ὅπη, vel ὅπως, ubi, quod vide.

'Οπάδίω, pro quo Hom. ὀπηδέω, sequor; adsum, procedo, opitulor: et

'Οπαδὸς, οῦ, ὁ ἢ ἡ, assecla, comes: quod et ὀπηδὸς· ab ὀπάζω.

'Οπαζόμενος, υ, præs. part. pass. ab

'ΟΠΑΖΩ, f. ἄσω, persequor, sequi jubeo, comitem do; præbeo; ὀπάζομαι, med. comitem accipio; à persequente premor.

'Οπαῖον, υ, τὸ, foramen ollæ; item foramen per quod fumus è furno aut camino exit. Th. ὀπὴ, foramen.

'Οπαφίνα, Dor. pro ὀπηδίνα, q. v.

'Οπασα, ας, ε, Ion. pro ἄπασα, a. 1. ind. act. et

'Οπάσαι, a. 1. inf. act. et

'Οπάσαις, Æol. pro ὀπάσας, a. 1. part. ab ὀπάζω.

'Οπάσαις, præbeas, a. 1. opt. act. gem. σ, sic ὀπάσειε, 3. sing. f. 1. act. ὀπάσσαιτε, 3. sing. a. 1. m. Ion. verbi ὀπάζω.

'Οπαστῆρες, υ, ὁ ἢ ἡ, per Syncop. pro ὀμόπατρες, eodem patre genitus: ex ὁμὸς, idem et πατὴρ.

'Οπᾶων, ονος, ὁ ἢ ἡ, minister, comes. Th. ὀπάζω, sequi jubeo. Alii ὀπάων legunt, q. ab ἵσω, sequor.

'Οπιε, quod: ex ὅ, et πίε.

'Οπίων, -ονος, ὁ, Ion. pro ὀπάων, quod vide.

'ΟΠΗ', ῆς, ἡ, foramen, per quod videri potest: q. ab ὄπτομαι, video.

'ΟΠΗ, ubi; quo; quà, quâ viâ; quâ ratione, quomodò: q. ab ὅς, qui.

'Οπηδέω, comitor, comes sum, assector. Th. ὀπάζω, comitem do.

'Οπηνίκα, quando: ex ὅτε, et ἡνίκα, quum, quando.

'Οπήτιον, υ, τὸ, fabula. Th. ὀπὴ.

'Οπῑ, voci, dat. sing. ab ὄψ, ὀπὸς, ἡ, vox.

'Οπιδνὸς, ὴ, ὸν, reverendus, cavendus. Th. ὄπις.

'Οπίζεται, curabit: 3. sing. imperf. Ion. ab

'Οπίζομαι, curo, revereor; item caveo; rependo, ulciscor. Hinc

'Οπιζόμενος, præs. part. med. Th. ὄπις, ιδος, ἡ, ultio, cura.

'Οπιθεν, retrò, pòst, à tergo, Ion. et Dor. pro ὄπισθεν. Th. ὀπίσω, retrorsùm.

'Οπιν, acc. sing. ab ὄπις, ιδος, ἡ, ultio.

'Οπιον, υ, τὸ, OPIUM, succus lacteus qui papaveris scapo inciso emanat. Th. ὀπὸς, succus.

'Οπιπτεύοντ', pro ὀπιπτεύοντα, spectantem, acc. sing. part. præs. ab

'Οπιπτεύω, inspicio, circumspicio, per reduplic. ab inusitat. ὀπτεύω. Th. ὄπτομαι, video.

'ΟΠΙΣ, ιδος, ἡ, ultio, vindicta divina; cura, respectus: q. ab ὄπτομαι, sequor.

'Οπισθαμβὶς, ἰτὶο retrograda? ab ὀπίσω ἀμβαίνειν, id est, ἀναβαίνειν.

'Οπισθεν, ponè, à tergo: adv. Th. ὀπίσω, retrò.

'Οπίσθιος, ία, ιον, posterior, à tergo sequens.

'Οπισθίως, adv. pòst, retrorsùm.

'Οπισθόδινος, υ, ὁ ἢ ἡ, à tergo revinctus; ex ὄπισθεν, et δέω, ligo.

'Οπισθόμβροτον αὔχημα δόξης, retrò mortales sequens gloriatio laudis. Post mortem nihil remanet præter famam, quæ circumfertur apud posteros.

'Οπισθονόμοι βόες, boves præpostèrè pascentes: ex ὄπισθεν, et νέμω, pasco.

'Οπισθότονος, υ, ὁ ἢ ἡ, in aversum tendens, aut tentus: subst. vinculum quo manus post tergum religantur: ex ὄπισθεν, et τείνω.

'Οπισθοφανὴς, retrorsùm, adv. ex ὄπισθεν, et φαίνω.

'Οπίσσω, Poët. pro ὀπίσω, retrò.

'Οπίστερος, posterior: ὀπίστατος, postremus: ab

'ΟΠΙ'ΣΩ, retrorsùm, retrò, pòst; adv. cum gen. item sine casu τὰ ὀπίσω, scil. ὄντα, quæ retrò sunt.

'Οπλα, τὰ, instrumenta: ab ὅπλον, υ, τὸ, arma.

'Οπλία, acc. sing. ab 'Οπλὶς, ῖος, ἡ, nomen propr. viri.

'Οπλίσσαι, præs. inf. ab ὁπλόω: armor. Th. ὅπλον, arma.

'Οπλία, vide ὁπλίζω, quod idem est.

'Οπλίων, Ion. pro ὁπλῶν, gen. pl. ab

'Οπλὴ, ῆς, ἡ, ungula. Th. ὅπλον.

'Οπλίζω, armo: f. ίσω, p. ώπλικα, præs. pass. ὁπλίζομαι, armor; item activè instruo, paro; præs. inf. ὁπλίζεσθαι, a. 1. m. ὡπλισάμην, ω, ασε, a. 1. imperativ. m. ὅπλισαι, άσθω, et in 2. plur. ὁπλίσασθε. Th. ὅπλον.

'Οπλισμα, ατος, τὸ, armatura: et

'Οπλισμὸς, οῦ, ὁ, id. ab ὁπλίζω.

'Οπλισίμεθα, armabimur, 1. pl. f. 1. m. Poët. à præced.

'Οπλιστὴς, οῦ, ὁ, armator: à 3. sing. perf. pass. verbi ὁπλίζω.

'Οπλιτεύω, f. εύσω, sum miles gravis armaturæ; armatis præsum: ab

'Οπλίτης, υ, ὁ, armatus, miles armaturæ gravis: ab ὅπλον.

'Οπλιτικὸς, ὴ, ὸν, ad milites gravis armaturæ pertinens: τὸ ὁπλιτικὸν, gravis armaturæ milites: à præced.

'Οπλοδοσία, -ῶ, arma distribuo: ex ὅπλον, et δίδωμι.

'Οπλοθήκη, ης, ἡ, armamentarium: ex ὅπλον, arma, et θήκη, loculus.

'Οπλολογέω, -ῶ, arma lego, colligo.

'Οπλομαχέω, f. ήσω, armis decerto vel pugno: et

'Οπλομαχία, ας, ἡ, pugna seu certamen quo armis decertatur: ab

'Οπλομάχος, υ, ὁ ἢ ἡ, qui armis pugnat: ex ὅπλον, et μάχομαι, pugno.

'ΟΠΛΟΝ, υ, τὸ, telum; scutum; in-

Digitized by Google

strumentum : τὰ ὅπλα, arma; instrumenta quævis.

'Οπλοτερῶν, *juvenum.* gen. plur. f. g. Æol. pro ὁπλοτέρων.

'Οπλότερος, ἱρα, ερον, *junior, unus è posteris : ὁπλότατος, minimus natu.* Dicitur de iis qui *arma* ferre possunt. Th. ὅπλον, *arma.*

'Οπλοφορέω, *arma gesto ;* item *armatus stipo alicujus latus ;* in pass. ὁπλοφορέομαι, *ab armatis stipor :* à

'Οπλοφόρος, ου, ὁ ἡ, *qui arma gestat, armiger :* ex ὅπλον, et φέρω.

'Οπωδαπός, ή, *cujas, ex quâ regione:* ex ὅπου, *ubi,* et δαπός, *solum.*

'Οπόθεν, et Poët. ὁππόθεν, *unde :* à πόθεν, idem. Th. ὅς, *qui*

'Οπου, *ubi, quò :* vide που.

'Οποῖος, οία, οῖον, *qualis, -e :* idem quod οἷος, citra interrogationem.

'ΟΠΟ'Σ, ου, ὁ, *succus, humor ; coagulum :* qu. ab ὀπῆ, undè fluit. Est autem ὀπὸς, *succus sponte manans : χυλὸς, expressus succus.*

'Οπόσον, acc. sing. f. g. ὁπόσα, plur. n. g. ab ὁπόσος.

'Οποσονοῦν, adverb. *aliquantulum, quantumcunque :* ex ὁπόσος, et οὖν.

'Οπόσος, et Poët. ὁπποσός, η, ον, *quantus :* à πόσος, et hoc ab ὅσος, *quantus.*

'Οπόταν, adv. *quum, ubi ;* conj. *quandoquidem:* pro ὁπότε, et ἄν.

'Οπότε, et Poët. ὁπποτέ, *aliquando, olim, donec:* à ποτέ.

'Οπότερος, ἱρα, ερον, *uter, utervis, alteruter :* à πότερος, *uter.*

'Οπου, *ubi,* indefinitè, idem quod που, *ubi, quo, quum.*

'Οπουα, Dor. pro ὅπου, et hoc pro ὁπόθεν, *unde.* Th. ὅτι, *quando.*

'Οπουπου, Poët. pro ὅπου ἤ ὅπου, *quò.* Vide præced.

'Οπυῖνα, Dor. pro ὁπότε, *quando,* q. v.

'Οπυΐος, adv. *quocunque.*

'Οπυΐτ', pro ὁπυΐτε, vide ὁπότε.

'Οπυιτέρην, *utram,* acc. sing. f. g. Ion. et

'Οπυιτέρεων, dat. pl. Ion. et Poët. ab

'Οπυίτερος, *uter :* Poët. pro ὁπότερος.

'Οπτάζομαι, *videor :* à seq.

'Οπτάζω, *video :* ab ὄπτομαι.

'Οπτάλιος, ία, ιον, *assus, tostus :* ab ὀπτάω, *asso.*

'Οπτανόμενος, *visus, versans in conspectu,* part. præs. pass. ab

'Οπτάνω, *video :* ex ὄπτομαι, idem.

'Οπτασία, ας ἡ, *apparitio, visio :* ab ὀπτάζω.

'ΟΠΤΑ'Ω, *torreo ; asso :* f. ὀπτήσω, p. ὤπτηκα, p. pass. ὤπτημαι.

'Οπτιόμενος, Dor. pro ὀπτώμενος, q. ab ὀπτέομαι, pro ὀπτάομαι, præs. part. m. ab ὀπτάω, *torreo.*

'Οπτῇ, Dor. pro ὀπτῇ, 3. sing. præs. ind. act. ab ὀπτάω, *torreo.*

'Οπτηλὸς, ίνεος, a. 1. part. pass. ab ὀπτάω, *torreo.*

'Οπτὴρ, ῆρος, ὁ, *speculator, explorator.* Th. ὄπτομαι.

'Οπτησις, ιος, ἡ, *ipsa torrendi actio :* ab ὀπτάω.

'Οπτήσομεν, 1. pl. a. 1. sub. act. verbi ὀπτάω, q. v.

'Οπτίλος, ὁ, ὁν, *visorius.* Th. ὄπτομαι. Hinc ἡ ὀπτίλη, scil. τέχνη, *Optica,* Angl. OPTICKS.

'Οπτίλος, ου, ὁ, *oculus :* ab

'ΟΠΤΟΜΑΙ, *video :* f. med. ὄψομαι, p. pass. ὦμμαι, ψαι, ται, a. 1. pass. ὤφθην, ης, η, f. 1. pass. ὀφθήσομαι, a. 1. m. ὀπτάμην, a. 1. sub. m. ὄπτωμαι.

'Οπτὸς, ὴ, όν, *assus, a, um ; tostus.* Th. ὀπτάω, *asso.*

'Οπτῶ, Dor. pro ὀπτῶ, gen. sing. ab ὀπτὸς.

'ΟΠΤΙ'Ω, *ineo, coëo ; uxorem habeo, nubo ;* imperfect. ὤπτιον, ες, ε, præs. pass. ὀπτίομαι, *in matrimonio habear.*

'Οπτομα, *vidi,* p. m. Att. pro ὄπτα. Hinc ὀπτόμαν, ας, α, plusq. p. m. ab ὄπτομαι, *video.*

'Οπτόνυ, Ion. pro ὀπτάνυ, 3. sing. plusq. p. m. Vide præced.

'Οπτόνυαν, Ion. pro ὀπτάνυσαν, 3. pl. plusq. p. m. ὀπτάνυν. Vide in ὄπτομα.

'Οπτὸς, ῆ, ὁ, *conspectus, aspectus, visus.* Th. ὄπτομαι, *video.*

'Οπτοσκόπος, ου, ὁ, *speculator :* à præced. q. v.

'ΟΠΩ'ΡΑ, ας, ἡ, *autumnus ; fructus arborei ; poma ; ætas maturior.*

'Οπωρεῖν, Att. pro ὀπωρίσαι, 3. sing. f. 1. ab ὀπωρίζω.

'Οπωρεῦντι, Dor. seu Æol. pro ὀπωρεῦσι, quod Atticum est pro ὀπωρίσουσι, nom. pl. f. 1. part. act. ejusd. verbi.

'Οπωρίζω, f. ίσω, et Att. ῶ, *fructus autumnales* seu *poma decerpo et colligo ; pomis vescor* seu *fructibus autumnalibus.* Th. ὀπώρα, *fructus autumnales ; autumnus.*

'Οπωρινὸς, ὴ, όν, *autumnalis :* ab ὀπώρα, ας, ἡ, *autumnus.*

'Οπως, *ut, quomodo ;* conjunct. ex ὁπ-lêmate πῶς, adv. *quomodo ?*

* 'Οπως, ἄν, *ut, adeò ut,* Matt. vi. 5. Luc. ii. 35. ὅπως ἀλλὰ, *non solùm, non sed, tantum abest ut.*

'Οπωσοῦν, *quomodocunque :* à præced.

'Οπῷ, *videt,* 3. sing. præs. ab ὀπάω. Sed

'Οπα, præs. imperat. act. ὀπᾶν, præs. infin. ὀπᾶσθαι, præs. infin. pass. ab eod.

'Οπᾶμα, ατος, τὸ, *visio, visus :* quæ fieri solet κατ' ὄναρ : *spectaculum :* ab ὀπάω, *video.*

'Οραμνος, *frons, RAMUS :* qu. contractè pro ὀρίδαμνος. Th. βάμνος, υ, ἡ, *spinosus frutex.*

'Ορᾶν ἀλκὴν, Dor. pro ὁρᾶν ἀλκὴν, ἤγουν βλέπειν ἀνδρείαν, *spectare fortitudinem.* Pro quo in prosâ diceretur περίσωτον ἀνδρεῖον ἴχειν, *bellicum robur adspectu præ se ferre, oculis vultuque Martem spirare.*

'Οράνιος, ου, ὁ, Æol. pro οὐρανὸς, ου, ὁ, *cœlum.*

'Ορᾶται, *spectat,* 3. sing. præs. m. et

'Οράτο, 3. sing. imperf. m. Ion. pro ὁρᾶτο, verbi ὁράω, *video.*

'Οράτὴς, οῦ, ὁ, *spectator :* et

'Ορατίλος, ὴ, όν, *videndi potentiâ præditus :* et

'Οράτὸς, ὴ, όν, *visibilis, -e :* ab

'ΟΡΑ'Ω, *video, cerno ; intelligo,* præs. imperat. ὄρα, ὁράτω, imperf. Att. ἐώρων, ἐώρα, f. ὄψω, p. ἑώρᾶκα, et Att. ἑώρᾶκα, perf. inf. ἑωρακέναι, plusq. p. ind. act. ἑωράκειν, εις, ει, perf. pass. ἑώραμαι, σαι, ται.

'Οργὰ, ᾶς, ἡ, Dor. pro ὀργὴ, quod vide.

'Οργάζω, vide in ὀργάω.

'Οργάνη, ης, ἡ, *Minerva,* quæ et Ἐργάνη, ab ἔργον, *opus,* quia *textrix.*

'Οργανικὸς, ὴ, όν, *instrumentalis :* ab

'ΟΡΓΑ'ΝΟΝ, ου, τὸ, *instrumentum,* vel *opus, ORGANUM ;* qu. ἔργανον, ab ἔργον, *opus,* seu ab ἔργω, p. m. verbi ῥίζω, *facio,* Hinc Angl. ORGAN.

'ΟΡΓΑ'Σ, άδος, ἡ, *terra pinguis ; -locus* vel *lucus Deo sacer.*

'ΟΡΓΑ'Ω, *appeto impatientèr :* f. ήσω, qu. ab ὀργὴ, *impetus.* Hinc ὀργάζω, *instigo, incito ;* item *subigo, mollio.*

'ΟΡΓΗ', ῆς, ἡ, *ira ; animi inclinatio, studium ; impetus et ardor vehementior ;* qu. ab ὄρω, *incito,* et ἄγω, *impello,* quia est *impulsus* quidam animi : vel ab ὀρίγω.

'Οργὴ, etiam Ionibus significat *picem.*

'ΟΡΓΙΑ, ων, τὰ, *sacra Liberi,* et *cujusvis Dei, ORGIA,* qu. ab ὀργὴ, *impetus.*

'Οργιάζω, *orgia celebro :* à præced.

'Οργίζομαι, pass. ab

'Οργίζω, *ad iram incito, lacesso, facio irasci :* f. ίσω, p. ὠργικα, præs. pass. ὀργίζομαι, *irascor,* cum dat. præs. inf. ὀργίζεσθαι, a. 1. pass. ὠργίσθην, ης, η, a. 1.

part. pass. ὀργιστὸς, ἴντος, f. l. pass. ὀργισθήσομαι. Th. ὀργὴ, ἰρα.

'Οργιζώμεθα, 1. pl. præs. sub. pass. à præced.

'Οργίλος, ίλη, ιλον, *iracundus*, ab ὀργή.

'Οργιλόντως, ντος, ἡ, *iracundia*: à præced.

'Οργωτῆς, *iratus fueris*: 2. sing. a. 1. sub. pass. ab ὀργίζομαι, *irascor*: p. pass. ὄργωμαι, ab eod. Th.

'Οργυιὰ, ᾶς, ἡ, *mensura sex pedum, passus, ulna*. Est etiam *extensorum pedum* mensura: qu. ex ὀρέγω, perf. med. ὄρεγμα, *extendo*, et γυῖον, *pes*.

'Ορέγεσθαι præs. inf. pass. ὀρεγόμενος, præs. part. pass. ab ὀρέγω, *extendo*.

"Ορεγμα, ἄτος, τὸ, *quod porrigitur aut extenditur*; item *passus*: ab eod.

'Ορεγνὺς, ύντος, *porrigens*: præs. part. act. ab ὀρέγομι, *porrigo*.

'ΟΡΕΓΩ, seu ὀρέγνυμι, vel *pedes* vel *manus extendo*; *porrigo, extendo*; f. ξω, p. ὄρεχα, a. 1. ὤρεξα, præs. m. ὀρέγομαι, *appeto*, cum gen. f. l. m. ὀρέξομαι, a. 1. pass. ὀρέχθην, ης, η, a. 1. m. ἐρεξάμην, υ, ανο. Hinc Angl. to REACH, STRETCH.

'Ορεᾶν, Dor. pro ὀρέων, gen. pl. ab ὄρειος, *montanus*: ab ὄρος, ους, τὸ, *mons*.

'Ορειβάτεω, *montes scando*, vel *pererro*: ab

'Ορειβάτης, ου, ὁ, *montes scandens*: ex ὄρος, ους, τὸ, *mons*, et βαίνω, *eo*.

'ΟΡΕΙΓΑΝΟΝ, seu ὀρίγανον, ου, τὸ, *ORIGANUM*, herbæ nomen, quod ex ὄρος, *mons*, et γάνος, *gaudium*.

'Ορεινὸς, ὴ, ὸν, *montanus, montosus*: hinc ὀρεινὴ, ῆς, ἡ, sc. χώρα, *montana regio*. Th. ὄρος, ους, τὸ, *mons*.

"Ορειος, ος, ὁ ἡ, ὁ, vel ὄρειος, εια, ειον, idem quod ὀρεινὸς, et ab eod.

'Ορεῖτευε, 3. sing. f. 2. m. ὀρεύομαι, ab ὄρος, *excito*: f. ὀρῶ, et Æol. ὄρσω.

'Ορέστης, ου, et ὀρέστου, *monticola*.

'Ορεσχάλοιο, gen. Ion. ab

'Ορείχαλκος, ου, ὁ, *ORICHALCUM, æs montanum*: interdum adjectivè significat, ὁ ἡ ὁ, *confectus ex orichalco*; qu. ex ὄρειος, et χάλκος, *æs*.

'Ορεωτὸς, ὴ, ὸν, *porrectus in longum*; *qui appetitur seu appetisolet*: ab ὀρέγω.

'Ορέξαι, *porrigere*: a. 1. inf. act. et

'Ορέξασθαι, a. 1. inf. m. ὀρεξάμενος, μένη, μενον, a. 1. part. m. et

'Ορέξῃ, 3. sing. a. 1. sub. act. omnia ab ὀρέγω, *porrigo*.

"Ορεξις, εως, ἡ, *libido, appetentia, appetitus*, *OREXIS*. Th. ὀρέγομαι, seu ὀρέγω, quod vide.

'Ορίνυτο, *ruebant*, Ion. et Poët. Pleonasm. τῦ ς, pro ὄρνυντο, 3. pl. imperf. pass. verbi ὄρνω, *excito*.

'Ορεσκῴοις, -ῶ, *in montibus versor* vel *erro*: ex ὄρος, ους, τὸ, *mons*, et σκῴλις, *verso*.

"Ορεσι, gen. sing. ab ὄρος.

'Ορεσπόσοι, *montanis*: dat. pl. Poet. ab

'Ορεσσῴος, ου, ὁ ἡ ὁ, *in montibus degens*: ex ὄρος, et νέω, seu νᾶμαι, *jaceo*.

"Ορεσσι, *montibus*: dat. pl. Poët. ab ὄρος, ους, τὸ, *mons*.

'Ορεσσίτροφος, ω, ὁ ἡ ὁ, *in montibus pascens, monticola*: ex ὄρος, ους, τὸ, *mons*, et τίμω, *pasco*: p. m. τέτροφα.

'Ορέστης, ου, ὁ, *ORESTES*: acc. sing. 'Ορέστην etiam idem q. ὀρείτης.

'Ορεστὰς, άδος, ἡ, *montana, monticola*. Th. ὄρος, *mons*.

'Ορεσὶν, Ion, ὀρεσὶν, ίος, ὁ ἡ ὁ, *mulus, mula*: ab ὄρος, *mons*, quod ad opera montana sit idoneus. Sed

"Ορευσι, Dor. pro ὄρεσι, gen. sing. ab ὄρος, *mons*.

* 'Ορεχθίω, ῶ, f. ήσω, *cupio, commoveor*, Aristoph. Nub. *ad littus allido*, Theocr. xi, 43. *extendor*, ll. ψ'. 23.

'Ορέων, Ion. pro ὁράω, *video*: sic ὁρᾷς pro ὁρᾷ, 3. sing. ind. præs.

"Ορη, Dor. pro ὄρει, *vide*: præs. imperat. ab ὁράω.

"Ορηαι, *movearis*: Ion. pro ὄρῃ, 2. sing. præs. sub. pass. verbi ὄρομαι, in sub. ὄρωμαι, ῃ. Th. ὄρω, *excito*.

'Ορῆις, Dor. pro ὁρᾷς, sic ὁρᾶντι, pro ὁρῶντι, 2. pers. sing. et pl. præs. ind. act. verbi ὁράω, *video*.

"Ορηται, *orta fuerit*: 3. sing. sub. pass. vel ut alii a. 2. sub. m. verbi ὄρομαι. Th. ὄρω, *excito*.

'Ορῆτε, *videtis*: Dor. pro ὁρᾶτε, 2. pl. præs. ind. verbi ὁράω, *video*.

"Ορθαι, *motum esse*: per Systolen Ion. pro ὄρθαι, perf. inf. pass. verbi ὄρω, *excito*: f. ὀρῶ, p. pass. ὄρμαι, σαι, ται. At

'Ορθαὶ, nom. pl. f. g. ab ὀρθὸς, ὴ, ὸν, *rectus*, α, ων.

'Ορθιὸν, Dor. seu Æol. pro ὀρθὸν, præs. inf. act. verbi ὀρθόω, *erigo*. Th. ὀρθὸς, *rectus*.

'Ορθιᾶν, Dor. pro ὀρθίων, gen. pl. ab

"Ορθιος, ία, ιον, vel ὄρθιος, ος, ὁ ἡ ὁ, *rectà in altum tendens, arduus*: hinc ὄρθιον φωνῆν, *altum clamare*. Th. ὀρθὸς.

'Ορθόβουλος, ος, ὁ ἡ ὁ, *qui rectum consilium suppeditat*: ex ὀρθὸς, et βυλὴ, *consilium*.

'Ορθογράφω, -ῶ, *recte scribo*: et

'Ορθογραφία, ας, ἡ, *ORTHOGRAPHIA, recta scriptura*, seu *rectè scribendi scientia*: ex ὀρθὸς, et γράφω, *scribo*.

